

Sacra Regia Majestas Magnæ Britanniae, Reverendo admodum Johanni, permissione Divinâ, Episcopo Bristolienſi, Privati Angliæ Sigilli Custodi, Regiæ Majestati à Conſiliis Intimis, Decano Windesoriensî, & Nobilissimi Ordinis Periscelidis Registrario: Ut & Nobilissimo, Illustrissimo, atque Excellentissimo Domino Domino Thomæ Comiti de Strafford, Vice-Comiti Wentworth de Wentworth-Woodhouse, & de Stainborough, Baroni de Raby, Regiæ suæ Majestati à Conſiliis Intimis, Ejusdem Legato Extraordinario & Plenipotentiarario ad Cæſos & Præpotentes Dominos Ordines Generales Uniti Belgii, Regiæ suæ Majestatis Dimachorum Legionis (vulgo Regiment) Tribuno, & Exercituum Regionum Locum-Tenenti Generali, Primario Admiralitatis Magnæ Britanniae & Hiberniæ Domino Commissario, & Nobilissimi Ordinis Periscelidis Equiti: Sacra autem Regia Majestas Christianissima Nobilissimis, Illustrissimis, atque Excellentissimis Dominis, Domino Nicolao Marchioni de Uxelles, Marſhallo Franciæ, Regionum Ordinum Equiti Terquato, & Locum-Tenenti Generali in Ducatu Burgundiæ; Et Domino Nicolao Mesnager, Regii Ordinis Sancti Michaelis Equiti. Dicti proinde Legati, quo propositum Regiarum Suarum Majestatum pium adeo & salutare optatum sortiretur Effectum; habitis variis eâ de re Colloquiis, concinnatisq; quantum prætemporis Angustiâ licuit, rerum utrinque momentis, inter ipsos tandem post Plenipotentias, quibus hæc in parte Muniti sunt, communicatas invicem, & ritè mutatas, quarum Apographa sub Finem hujus Instrumenti, Verbo tenus inserta sunt, super Navigationis & Commerciorum Articulis, modo formaque, prout sequitur, conveniunt.

the Present State of Affairs; That is to say, Her Sacred Royal Majesty of Great Britain, to the Right Reverend John, by Divine Permission, Bishop of Bristol, Keeper of the Privy-Seal of England, One of Her Majesties Privy-Council, Dean of Windsor, and Register of the most Noble Order of the Garter: As also to the most Noble, Illustrious, and Excellent Lord Thomas Earl of Strafford, Viscount Wentworth of Wentworth-Woodhouse, and Stainborough, Baron of Raby, One of Her Majesties Privy Council, Her Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary to the High and Mighty Lords the States General of the United Netherlands, Colonel of Her Majesties Regiment of Dragoons, Lieutenant General of Her Majesties Forces, First Lord Commissioner of the Admiralty of Great Britain and Ireland, and Knight of the most Noble Order of the Garter: And His Sacred Royal most Christian Majesty, to the most Noble, Illustrious and Excellent Lords, Nicolas Marquiss of Huxelles, Marſhal of France, Knight of the King's Orders, and Lieutenant General of the Dukedom of Burgundy; and Nicolas Mesnager, Knight of the King's Order of St. Michael. Whereupon the said Ambassadors, to the end that the Design of Their Royal Majesties which is so Pious and Wholsom might attain the desired Effect, having had several Conferences upon that Affair, and having adjusted the Principal Matters on both sides, as far as they could in so short a time, after having Communicated to each other, and duly Exchanged the full Powers, wherewith they were provided for this purpose, Copies whereof are inserted word for word at the end of this Instrument, have Agreed upon Articles of Navigation and Commerce, in manner and form as follows.

I. Conventum